



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

De cantu ecclesiæ in hymnis & psalmis. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

stodibus, domus sine vtsenlibus. Ab omnibus his malis & animæ
damnis custodiat nos pius Dominus noster Iesus Christus; & fit
ipse nobis omnia in omnibus, nunc & in perpetuum. Amen.

C A P V T VIII.

De cantu ecclesiæ in hymnis & psalmis.

1. **L**aus eius in ecclæsa sanctorum. Surge frater, qui dormis, & Psal. 149^e
illuminabit te Christus. Surge piger, campana sonat, vocat
te Christus. Surge citè periculū est in mora. Ecce Iesus venit cū
Maria, & omnis Angelorum chorus te expectat cum corona, quā
potes promereri in hac hora. Sed Satan ē contrario suggestor: la-
ce, & dormi adhuc modicum: fatis mane est, adhuc tempestive
venies. Sic suadet & blanditur caro fragilis, trahit & decipit ho-
stis callidus, cūm ei obeditur & dormitur. Nihil enim est tam bo-
num, sanctum, & iacundum, tam diuinum & salutiferum, quin
malignus dēmon hoc nitatur impedire, & ad malum semper tra-
here. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde
ergo habet zizania? Inimicus hoc fecit.

2. Sed quomodo hæc euellam, Domine? Respondet sanctus
Petrus: Reſtite ei fortes in fide. Et beatus Iacobus ſimiliter: Re-
ſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Si malū ingerit, noli consentire,
Si delectat caro, respue, contere, & repelle. Igitur inuocandus eſt
Iesuſ, & Sp̄ritus sanctus cum omnibus donis ſuis, qui humilibus
dat gratiam, ut det etiam tibi virtutem contra diaboli malitiam.
Sp̄ritus enim sanctus ſuggerit menti ſempre bona, humilia, pu-
dica, sobria, honesta, pacifica, ſimplicia, benigna, deuota, celeſtia,
xterna. Sed heu ſpiritus malignus fallacia plenus, aut aperta ma-
la ſuggerit, aut ſi bona quædam prædicat, mala intentione facit,
ut feducat. Ipſe omnis dolia artifex, mille modis impugnat, repul-
ſus redit & tentat. Cūm bona agis, dolet; & ſi dimittis, gaudet; ma-
la autem ſuadere numquam ceſſat.

Sit ergo crebrò deuotus psalmus in ore, dulcis Iesuſ in corde, Aduersus
sancta Maria in voce. Nam his auditis nominaibus, fugiet longè Satanae in-
à te hostis immundus. Quot enim ſancta verba nominas, tot ia- fidias cre-
cula in hostem iactas. Si ceſſas orare & legere, hostis incipit vin- lendum.
cere & gaudere. Sed ſi in prece perseveras, fugit ſuperbus, quia
confuſus. Ante orationem omnia præſentia exclude, in oratione
Iesuſ Christum tibi præfige, aut in præſepe, aut in cruce. Post
orationem gratias age; & quoque ierit, cum eo vade & per-
mane. In omnibus quæ agis, cogitas, & loqueris, fit finis. Benedi-
ctus Deus de omni bono, in cælo & in terra.

X y

C A P V T